

decem quaestiōnēs Latīnē: nox

1. ubi est Sabīna?

Sabīna est in cellā.

2. cūr Sabīna nōn dormit?

Subūra nōn est quiēta.

3. quid agit Rūfīna?

Rūfīna in popīnā labōrat.

4. quid agit Faustus in popīnā?

Faustus in popīnā bibit.

5. quem Faustus dīcit esse fūrem in popīnā?

Rūfīna est fūr. / 'tū es fūr' / Faustus dīcit Rufīnam esse fūrem.

6. quid Faustus dē vinō dīcit?

'vīnum est nimium carum.' / Faustus dīcit vīnum esse nimium carum.

7. quid Rūfīna dē Faustō dīcit?

Faustus nimium bibit. / 'tū nimium bibis.' / Rūfīna dīcit Faustum nimium bibere.

8. quid agit turba?

turba rīdet.

9. estne turba cauta?

turba nōn est cauta.

10. cūr fūr nōn est pauper?

fūr pecūniam capit. / turba nōn est cauta. / fūr est Rūfīna. / nōn vērō est fūr.